

### **Serie Generale 41**

(ST) Anno Domini .M CC XXXIII., indicione sexta, in Montecalerio, die sabati .XVI. kalendas ianuarii. Confessus fuit dominus Guidotus Daosso, iudex communis Montiscalerii, nomine communis et consilio et voluntate tocius credencie ipsius loci, se debere dare Ardicioni filio Gavari notarii denarios .XXII. et obolum Secusinorum veterum qui remanserint ad solvendum de exercitu Montis Devici. Quos denarios per stipulacionem, nomine iamdicto ei solvere promisit, inde obligando ei pignori omnia bona ipsius communis.

Testes ibi fuerunt: Bergondius Sacus et Gavarus notarii.

Et ego Palmerius notarius scripsi.